Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26464
Copyright: Admont, Benediktinerstift

flagellis cesum crucifigi precepit. man
dans questionariis eum ligatis manibus
et pedibus et non clauis affixum suspendi. quo
diutino cruciatu deficeret. Et cum a car
nificibus duceretur ad crucem. concurrens fi
delium turba dicebat. Iustus homo et
amicus dei et doctor bonus ducitur ad mor
tem. Andreas vero cum plurimis eos alloque
retur uerbis. peruenit ad locum ubi crux
parata erat. uidensque de longe crucem
exclamauit dicens. Salue crux que fati
garis expectans me. Certissime enim
scio te gaudere suscipientem discipulum
eius qui pependit in te. quia propter te letus pergo
ad te. quia secretum tuum cognosco ex qua
causa fixa es. Suscipe quem desideras.
quia tantam speciem tuam desiderans inueni
te. Video enim in te quod a domino meo mihi sit
promissa. Suscipe crux electa humilem
propter dominum. et transfer me ad dominum
ipsum. Et hec dicens. beatissimus se ex